

ego libentissime cum votis concedo. ^{h. p. c. l. m. p.} Statimque cuncti tam clerici quam
laici, elegerunt dominum leonem virum venerabilem protoferinarium
summi sedis apostolicæ. Item ex patre iohanne protoferinario natu
romanus de regione quæ vocatur diuus argentarii, vir strenuus et omni
honestate præclarus. Et consecraverunt eum romanum pontificem per
mensem decembrium in lateranensi patriarchino. Hic fecit ordinationes
in eodem mense presbiteros VII. Diaconos II. Hic sedit annum ^{et} et
mensis tres et cessavit episcopatus eius. Ipso denique vivente iniquum
consilium a romanis exortum est, quemadmodum dominum leonem
foras eicerent et sceleratum illum qui in campaniæ partibus lati-
tabat reducerent. Quod et factum est. Uade maxima fames et per-
secutio in civitate roma evenit, quia dei opulante clementia præ-
dictus dominus leo sanus et integer a civitate exivit, et ubi domi-
nus imperator cum suo exercitu in partibus spoleti erat advenit.
Qui honorifice ab eo susceptus est. Statimque armat milites, munit
custodias, et contra romanos maximas insidias præparat. Quo re-
nente tureatinam civitatem, romani nuntii ante suam præsentiam
venerunt, qui ei mortem sceleratissimi iohannis nuntiaverunt.
et de electione vel consecratione benedicti diaconi rogaverunt. Sed
nihil ab eo optinere potuerunt sed tale ab eo acceperunt responsum.
Quando dimiseris enssem meum tunc dimittam ut dominum
leonem papam in chathedra S. Petri non respiciam. Nuntii vero
reverfi sine consensu et voluntate imperatoris eundem benedictum
diaconum romanum pontificem elegerunt. Quod audiens dominus
imperator magis in furorem et iram exarsit, et undique circum-
vallavit civitatem romam, per diversas civitates oppida atque castella
cepit depredari incendere atque vastare et fructibus dissipare. In
tantam itaque penuriam penuriam et captivitatem eam adduxit ut
modius purpurei vendideretur xxx denariis. Coangustiati et afflicti
romani, et tam pessimum malum sustinere non valentes, innocen-
tem benedictum imperatori tradiderunt, et dominum leonem in apostoli-
cam sedem susceperunt spontentes ei et domino imperatori super corpus
beati petri iterum per sacramentum. Dimisit eis quanta et qualia
mala ab ipsis perpessus est, et ita dominus imperator a civi-
tate roma in partes gallicæ secessit.